

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pontani De Immanitate

Pontano, Giovanni Gioviano

[S.I.], 1519

Oratio per R. patrem dominum Erasmus Vitellium episcopum [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](#)

5



ORATIO PER R. PATREM
dominum Erasmum Vitellium Episco-
pum Ploceñ. in celeberrimo Augusteñ.
conuentu, ad Cæsarem Maximilianum
nomine victoriosissimi regis Poloniæ Si-
gismundi habita, corā omnibus sacri Im-
peri Electoribus, Plurimisq; Germaniæ
principibus. Die Veneris. XX. Augusti
Anno domini. M.D.XVIII.

ASSISTEBANT EIDEM MA-
gnifici duo alij Oratores. D. RA-
phael Castellanus Lenden-
sis, & Boguslaus Litua-
niæ Marschalcus.



Z. d. annis Jacobus Norsterer
Eselinge. Anno visitator
Salutis. M. d. xix.
Manfa Tuncio;

20

Landesbibliothek
Karlsruhe

ILLVSTRI DOMINO ERASMO ROTHB
rodamo, utriusq; literaturæ Principi, & Theolo-
gorq; duci, Jacobus Spiegel Selestatien. im-
perialis secretarius S. P. D.

Hamaxo-
bitæ.
Schytæ



Ro invictissimo Poloniæ rege Sigis-
mundo, qui non multos ante annos
& menses, maxima victoria in Ha-
maxobitas (quos ipsi Moschos ap-
pellant) & Schytas (quos Tartaros
dicunt) potitus est, Reuereuerendis
simus dominus Erasmus Vitellius, episcopus Plocæ-
sis, singulari integritate virtutæ, raraq; doctrina, Roma-
naq; facundia insignis, vel eo mihi nomine præcipue
co'endus, quia cognom'nis de te perq; egrcg'iam fre-
quenter facit mentionē. Primā (vt aulicus aulico vt ar-
verbo) audientiā coram Cæsare, sacri imperij electo-
ribus omnibus, & cæteris Germaniæ principibus,
proceribusq; obtinuit. Sic ornatae sic grauiter orauit,
ut ad intimâ usq; præcordia auditore, vehemētia sen-
tentiarum penetrauerit, pluresq; ad fletū concitauit, ei
vero docto simul & facundo, omnes docti & eloquē-
tes palam tribuerunt. Aderant enim viri nō pauci, tñ
C. Peutin⁹ exquisite docti, tum in iudicādo nares emūctissime,
gerus Antistes Tergestinus, Peutingerus, Huttenus, Bar-
V. Hütte, tholinus, Spalatinus, & Stabius ille in nullo doctrinæ
nus genere non versatus, Henricus Stromer medicus, &
Bartholin⁹ Laurentius Zochus iurisconsultus Cardinalis Ma-
Spalatin⁹ guntini florentissimi principis Cancellarius. Igitur fa-
Stabius ctam hī primū p̄æ cæteris elegantissimæ huius ora-
Stromer⁹ tionis copia, quia digna multorum lectione visa fuit
L. Zocch⁹ eruditoriū calculo, & ab omnibus desyderata, impris-
mendam curauit, sub augusto tuo nomine, q; omnia
pietate sacra iure sibi vendicat, quam haud subducto
supercilio accipere digneris. Non dubito quin ut au-
dientibus lachrymas commouit, ita hæc eadem legē

ER ASMI VITELLII ORATIO.

tibus magis copiosas excutiet, & in rem Christianā
propesiores eorum aios reddet. Valere tecū bene Rhei B. Rhena,
nanum vere beatum cupio, quem animo mecum cir nus
cumfero, utrique filia uitae qui maxime lögæua exopto,
vtindies magis ac magis felicibus auspicijs bona lit
teræ, & maxime sacræ refloreant. Hunc nus quia non
hilest visus cæcumentibus popularis littetationis ad
miratoribus Nemini nihil peperit. Quem e Frobe
non nostro publicandum iterum (si tibi visum fuerit)
tradere velim. Mittam eius de vita aulica dialogum,
qui primum prodierit in lucem. Vale iterum. Ex Au
gusta Vindelicæ, pridie Kalendas Septembres, An
no post partum virginis matris. M. D. XVIII.

ORATIO R. P. DOMINI ERASMI VITELLII
episcopi Blocensis, ad Maximilianum Cæsarem

Augustæ habita,

NENIMVS a regno nostro sacratissime Impera
tor ad hunc celeberrimum conuentum, quæ solita vi
gilantia tua pro salute Christiani status & que co
mendatae ut opportune, hoc loco & tempore insti
tuere curasti, acturi maiestatis regiae, & amplissi
mos eius dominiorum nomine, quæ ad sancta ex
peditione generalem, contra immanissimos Turcas totiens ppo
sitâ cōmode attinebūt. ¶ Quantū vero necessariæ sunt, simulque cū
vita omniū nostrū defyderatissime, præparations istæ, Christia
norū coadunatis viribus, hostis aucta potentia testatur. Iā annos
circiter septuaginta, post infelicē & calamitosam Bizantij captio
nē, quæ patulā ad nos hostibus sanuā præbuit, nihil aliud audi
mus, qui clades atque excidia continua Christianorū a Turcis. Et dū
omnes ad resistendū, vt par esset, cōsurgere negligimus, tot prin
cipes cū subditis suis, tot reges cū eorum populis, tot denique regna
ditissima, cū magna iniuria religionis nostræ, & maxima indigni
tate Christiani imperij miserabiliter deleta sunt, quæ singillatim
enumerare, dolor pfecto moerore plenus phibet, quandoquidē
neque ea me referre, neque vos audire, siccis oculis liceret. Capita ut
A ij

ERASMI VITELLII AD

cunctis decerpam. Nonne videmus Asiam vniuersam, quae et tribus orbis triangulis maior est, his & alijs infidelibus occupata. Africam fere totam, impis ac sceleratis eorum manibus desolatam. Europae magnam partem, tot incendijs, & assiduis vastatiis debilitatem, & huc usque dormitauimus? Sed neque his contentus hostis, ut fortior fieret Aegypti & Syriae regem, quem Solthanum dicunt, aggressus superavit, totiusque Syriae & Aegypti, ea victoria (sed & Hierosolymae matris nostrae, ubi salus orta est) vincit se dominum constituit, & altero fere imperio, longe aen formidabiliter potentiam suam auxit. Nos vero torpem, & bellis intestinis, plus insolenterque necessario exagitati gladiis nostris domesticos fidei, aut potius nosipios, detestanda malignitate confodimus. Nec prophetae sapientis verba, quae aduersus nos tanquam Ethnicos clamitat, attedunt, dignaque facinori supplicia annunciant. Ipsi (inquit) contra sanguinem suum insidiantur. Et infra Ego vero, dum ei repentina ingruerit calamitas, non exaudiam. Parat nunc in Christianos, terra maris arma sua, instat Turcarum fronte capiti & collis nostris, & adhuc oscitamus, vixque ad pacem mutuo amplectendam, tanta periculi magnitudine urgente, metes compondere volumus. Leone sanctissimo id dies noctesque curate. Hor tam nos hostis, excitata somno, commonefacit desides, torpes terret, dum iampridem ad ostia Tyberina, num vero ante paucos meses circuit Rachanati moenia, & hisce iam diebus dum hic agimus, iterum ad Ostia portum, ferro & sanguine debachatus sit. Nos tam fatis sic volentibus, omnia haec quae ultimis omnibus exitiis minantur, ridiculus putamus, viriam illud diuini Petri naufragatis, dum sibi in fluctibus dexteram dari poposcit & meruit, dicere libeat. Salutem domine, perimus; ¶ Collegerat similiter conuentum felicis recordationis charissimus genitor tuus Fridericus, III, post insperata Carniolae surae depopulationem. Multa illuc in eam sententiam a viris doctissimis declamata sunt. Multa etiam Prophetico quodam spiritu praedicta, nisi tunc instantibus & euidentissimis periculis, aliter prouisum fuisset. Quae omnia flebilis tandem effectus compleuit. Cum nulla consulta inuicem, & constituta nulla, suo ordine (ut necessitas postulabat) debite executioni mandarentur. Et omnis rei beneger edae commoditas, simul cum tempore, amissa fuit turpiter,

MAXIMILIANVM CAESAREM ORATIO.

aut neglecta. Nunc iterū Cesar inuidissime, pro dignitate & debito tuo conuentū hūc bono cceptū omine, diligēter, psequeris, vt labenti reipub. Christianę efficaci opera subuenire possis. Etius
ste quidē, sic em̄ Christianorū Imperator, re pariter constabis &
nomine, dum hi qui tuo subsunt imperio, a Cesare suo adiuti sue
rint & defensi. Quā equidem deliberationē, multo iam tempore
pro connata animi tui magnitudine cōceperas, qui annis his p̄
ximis tres Christianos Reges potentissimos, in Austrię tuę vrbe
primaria, tum splēdide, tum honorifice tecū habueris, fœdereq;
simul immaculata fide percuſſo, plura cum eis in rem Christianā
mutuis tractasti consilijs. Quod reuera pro singulari gloria tua,
omniū ora paſſim prēdicare nō desīſtent, pluresq; adamantinis
scriptis perpetuare curabūt. Necq; em̄ parens tuus, necq; Cæsares
alij, tantū actū triumphis Octauij merito æquandū, pro suo vñq;
defyderio, efficere poterant. Omitto nunc cateruam immēsam vi
ctoriarū tuarę, quæ tibi ſem̄ optatis vbiq; ſuccessibus responde
bāt, vt quilibet bonæ mentis metiri ex his poſſit, quæ & quanta,
in arbitrio & moderatione tua conſistat, cū & luce ſit clarius, plus
ornamēti imperio, tua prudētia & felicitate allatū eſſe, q̄q; tibi im
perij maiestate. Atq; ideo pater patriæ, a tota Germanica natione
quæ ſub coelo maior eſt, merito appellaris, quib⁹ immorari (vt vo
lui, tēporis vetat anguſtia, cū iſta vulgata iā ſint, & toti, mūdo noſ
tiffima. Tu deinde tua ſponte & virtute, Regūq; illorę hortamen
tis incitatus, nō modo in optimū, ppositū, & tua amplitudine di
gnū, deueniſſe perhiberis, ſed vltro etiā, totius belli gerēdi pgres
ſum, rationes, ordinē, & modum, concinne deſcribere curaſſti, tan
ta peritia Rei militaris, rantoq; ſtudio, & omni digna cōſiderati
one, vt facile appareat, inuētione hactua, nedū Impatoris ſummi
ſed excellentiſſimi quoq; armorę ducis, & animū forte, & consili
um circūspectiſſimū nō deeffe. ¶ Habetrē hāc cordi, & qua lance
Sedes sancta, Religionis noſtre caput & magistra, quæ tot anno
rū conciliū feliciter continuās, ſingulares & vrgētiſſimas admoni
tiōes, qualibet ſeffione ad hūc effectū iſtituere ſolebat. Vbi etiā
Turcaq; tela, pectoribus ſuis infixā, Ep̄i declamātes oſtēdere viſi
ſunt, vt uō verbis tm̄, ſed rebus & ſanguine ipſo pungerēt ſegni,

A tij

ERASMI VITELLII AD

eiem nostrā, & deiectos Christianorū animos, quantū possent erū gerent. Cuius nauiculæ gubernator, verū se Leonē in his prēstat quippe qui salutiferos rugitus, & vigilatissimas cogitationes suā, summoq; & vero pastore dignas, ad hoc vñū conuertit, vt cōmuni potētia, tātis periculis, vltimū iā interitū secum ferentibus, quātotius succurratur. Quæ omnia dignissimi hī legati Sanctitatis sūræ, magis abūde explicarūt. Recte gubernabāt populum dei Moyses & Aaron, David & Nathan. Pluresq; Romani pontifices, cū Imperatorib; christianis, iūcta simul gratia, vtraq; potestas. Binū nobis reliquit gladiū, trāslitur⁹ ad patrē Salvator noster Bina coluerunt elemēta Persæ, Ignē & Aquā. Duobus & nos salvamur, fide & opere. Cur abis & tu Cesar inclyte, cum Leone sanctissimo, vtroq; iūcto gladio, eripere de faucibus inimicorū, & tot calamitatibus, oues Christi. Inconsutile em tunicā suā repræsens tatis, quæ sub hoc tempore vestro, nō abs re profecto inuēta est. Adhibebit ignē orationis, & spiritū fortitudinis benedictum sacerdotiū: neq; impēsa deerit. Tu aquā nō gelidā, sed feruētissime defensionis, cū regib; Christianis, indefesse suggeres, fidēq; nostrā & spem omniū opere adimplebis, vt a ferocitate Turci saluimus. Vnica nāc̄ est gloria, penates noltros, & Religionē in qua nativus, tueri & defendere, pro qua iam omnes maiores tui, tot Reges & Cesares, sanctorū nonnulli Catalago ascripti, felices & candidissime anime, plura bella in Europa & Asia gloriose suscepérūt. Qui semp magnanimitate ingenita, aliena querere, non sua amittere didicerāt. Gignit nos natura misere, viuimus demū tot onusti curis. Et tanq; flos cito arescim⁹, decidim⁹ tandem & morimur. Solus is diu viuere perhibet, qui dū vita excesserit, perpetuā sui nominis, bñ gestis aut factis, memorā propagauerit. Quo sit, vt ad simus absentes, mortuiq; viuamus. Tritū fuit Adagium apud veteres, pulchrū mori, decorat vitā. Quo plurimi vt patriā conseruassent, corpus simul & animā detinuētes, viuis effectibus comprobarunt. Tu itidē sacratissime Imperator, vt tui secretiores referūt priora de Christiano statu secū repetens, & futura aī oculis pones mente, vt sit, liberiore, dicere soles, nullū mortis genus integratus excipere velle, q; quod in castris militarib; cōtra infi-

MAXIMILIANVM CAESAREM ORATIO.

deles, ad virētes campos feliciter eueniret. O virtus animi cōmē
datissima, sic corporis robori tanti prīncipis insita & coniūcta, Nō
hominiū pfecto deliberatio ista est, sed numinis vox quādam, &
solo digna Cēsare, dū non lectū eburneū, nō sericeū puluinār, nō
auratū cubioulū, sed prata vīrentia, & fēnū rusticum p deliciis re
galibus exposcas, vt debito īmperiali, quo totē Christianitatē tes
neris, īgenue satissimas, p quo vbi omnes, mentē sanā ī corpo
re sano, vitaeq; diuturnitātē precabūtur. Et vt ī hoc tā glorioſiſſi
mo pposito, animo īcōcūſſo pſitas, erectis ī cœlū palmis, attē
tiū orabūt. ¶ Sed iā factis res aggrediēda foret, cōſtantiq; pecto
re, sine om̄i vltiore cūtatione psequenda, post tot cōcilia & de
creta multa, post tot cōuentus & exhortatiōes varias, post tot ins
tructiones & tractatus plurimos, armis tandem nō argumentis
opus est, Iā em de his tā crebris, sed vanis aut nullis cōſultationis
bus & præparamētis nostris (vt quidā Mediolanensis ex Turcia
pſugus nuper ī cōspectu regis nostri retulit) ſepius dicit Turc⁹
ad modū ſubſannatīs, cōſulant Christiani consulat, & ego faciā;
Quod re ipsa, & stupēdīs indies victorijs demōſtrat. Nos ſi veri
Christiani ſumus, quemadmodū Turcus in dedecus potius no
ſtrū affirmat, Christi fidem, ad ſanguinē vſq; mēte intrepida, nō
oſtētatione ſolū, ſed affectibus ſynceris obſeruare, tueri, & quan
tū in nobis eſt, manuſtere debem⁹. Quoaduſq; vita noſtra, chri
ſtiano aduersabit nominis, vt qui Christū imitari, pro christo nos
oppone, religionis vīnculo arctamur contra eius legē. Contra
oues suas, cōtra ipsum Christū, ignauia, arrogātia, & excessib⁹
noſtris, ī cœlū vſq; cū gigantibus, loetiferas ſagittas impudēter
dirigimus. De locis certamus, publica negligentes. Hostis vero
nos, & noſtra omnia, ac loca ſimul, deglutire contendit. Vnū hoc
conclamatū eſt, Turcas cōſilijs quibuscūq; nō cōuertemus, ſi ar
mis nō vincemus, quæ diuini verbī Cōcionatoribus elucianda
relinquo. Quandoquidē multa nūc eſt messis, & operarij multi.
¶ Nec id deterreat, q; tā lōgo tēpore, oriētali imperto, hostis cru
delitas potita ſit & desidia noſtra, eius potētia ſic increuerit, vt fir
mata eſſe videat. Ad occaſum intueri volēti, poſſibilia oīmia & fa
cillima cōperiet. Cū Saracenoꝝ immanitas, Granatā, & magnā

A iiiij

ERASMI VITELLII AD

Hispania partē, supra septingētos annos, hereditario ad modū
iure possederit. At Ferdinādi Regis victoriosissimi constātia, Re
ginæq; Helizabet deuotione, & suor; fortitudine, paucis annis,
nedī recuperata sunt omnia, sed tota infidelit̄ potentia, non a re
gni solū finibus abacta est, ver; aduersaq; inferiora Mauritania lito
ra, cū perhenni illius Regis gloria electa. Ille vero proprijs tantū
viribus, & vnicā suor; manu, strenue hæc gessit. Tu cōmune bel
lum paras, & generalē (vt aiunt) expeditionē, tua opera, consilio
& auspicijs, Regumq; omniū assensu, & horum prudentissimō
rum Principum consilio (qui tuo lateri tanq; validissimæ colum
næ adh̄erent) instituere debes. Quis oro, tot Regibus & Princ
ipibus, tamq; numeroq; multitudini, resistere poterit? dum & pas
cem exulantē, multisq; ante seculis, inter Christianos desideratā
nūc iā cōmodissime p; tui & Leonis animi satisfactione, restituā
vides, & nouo quodā quinquennali foedere, cum omniū qui bos
næ voluntatis sunt gratitudine, firmatā intueris, vt nihil sit ampli
us, quod ad rē propositā, feliciter gerendā desit, aut quod impos
dire possit. ¶ Non deerit votis turis, & Leonis sanctissimi, Sereniss
imus Rex noster cum omnibus dominijs suis, & tota illa Septē
trionis ora, modo bellis, alijs, quibus continuo impetū, finē opta
tum imponere possit. Quos vero hostes regnū nostrū habeat, &
quibus difficultatibus, Rex ille bellicosissimus detineat, paucissi
mis explicabo, ne pijs auribus fastidij præbeā offendiculū. Notū
est hac ætate nostra, Sigismundi nomē celebre, longe lateq; plus
rīmis victorijs, fama refertissima per uolāte, nolo nūc Genealogi
am & ortum clarissimi regis texere, quæ tuę celsitudini, & his om
nibus satis cognita esse debent. Casimirea domus est, que regna
re semp̄ didicit & vincere, presentiā matura pulchritudie, & aspe
ctu iucundissimo decorā tu nosti, ita ex omni parte compositam,
procereq; grauitati cōiunctā, vt ad Maiestatē ipsam, nata esse vis
deatur. Hic aucto paternoq; & fratrū regno, senatu vocante suc
cedens, bello fortissimū, pace vero splendidissimū, se pr̄st̄it &
reddit. Quippe qui incōparabili iusticia, dementia, & liberalitas
te, sic apud suos omnes charus est, sic eorum affectus, equitate &
māsuetudine, ac modestissimis legib; in se devinxit, vt inter tot

MAXIMILIANVM CAESAREM ORATIO.

bello & tumultus, nō quod ex veteri instituto solitū est, sed quod rex ipse præcipit, aut nutu solo designat, illico a suis omnibus, cū summa animi alacritate perficit. Quæ pfecto supraea laus regis est, dū quisq; subiectiōis suræ debitū, amore illectus, nō timore p^s cullus, serena frōte & libera exequi^s, idq; efficit, vt dū Schytæ fū gaces (quos nostri Tartaros vocant) subito interdū & insperate fi nes nostros irruāt, mox nobilitas e cētro regni primaria, benigni tati principiis satisfaciēs, vitā propriā & salutē, mera ipsoꝝ virtu te deuouere, & in media vſq; hostiū agmina, obijcere nō metuat spem reponēs firmissimā in optimi regis munificentia, qui bene, merita cuiusq; dignis premijs excitare consueuit. ¶ Vrgetur nās q; multis hostib^s regnū illud amplissimū, tribus a parte vna, Schytarum ducibus potentissimis, multa cētena millia bellatorum, in statione campestrī secum ducentibus, qui se etiā Cæsares dicunt, vno Theodosiæ propinquo, post Boristenē, ad latus maris ponti, in Taurica residente. Alter cīrcū Tanaym & paludem Meotidem loca tenet, & is in manibus regis est. Tertij sunt remotiores Asiatici, vastissimā incolētes solitudinē, & latissimos tenentes cā pos. Hi omnes repentinis incursionibus Regnum deprædarī, & continue defatigare nō cessant, famē, sitim, æstū & algorē, ac omnē inediā contemnētes. Sæpius etiā Turcis iuncti, qui monostū & Licostomū occuparunt, maiora & horrenda damna nos stris inferunt. Turcarum em̄ nutu Schytæ omnes dependent, cū eadem secta sit, Machometicis simul erroribus implicata. E quibus plane deprehendi potest, facilius catulos a maternis vberib^s q; Tartaros a Turcorū assistentia ditelli posse. Qui nūc etiā contra regem Persarū, optatas viginti milliū Equitum, suppetias tuislerūt. De his Rex noster multas & insignes reportauit victorias, vt arces & loca regni munitissima ostēdunt. Quæ pacis tēpore p^s sui nominis immortalitate, ornatisime restaurat. Vbi Schytarū catenatae acies, latericio in muris erigēdis certamine, quotidie cōgredi vident. Est & alter hostis non minor, ad rigente Arcton, ci tra mare glaciale consistens, Roxolanorū dux, quē nos Moscum dicimus, sola perfidia & detestando schismate famosus. Is partē regni Lithuaniaꝝ videlicet prouinciā, magno etiā belloꝝ motu

ERASMI VITELLII AD

erubat indies, Sed & hunc Rex noster, patrocinante iusticia, fudit
sæpius, eiusq; potentia triginta millibus in loco cæsis profligauit,
et plurimis primoribus ad vincula cōiectis, qui in omnibus Lith
uaniae castris, arctissima detinentur custodia. Multis etiā alijs cas
piuorū millibus, per vniuersum fere orbē varijs Christianorum
principibus, mancipiorū loco dono datis. ¶ Namq; cruentum hoc
bellū, decenniū superauit, dum sint, qui eas discordias seminarent,
concitent, & turpiter alere nō verentur. Sed proh dolor, nō pudet
etiā Religionis professores, tantoq; malorū auctores & faces esse,
qui literis & nūcijs, ad eā rem fouendā, magisq; irritandā, terra &
mari, sursum & deorsum cursū tāt, ut Reges & Principes, alioquin
forte quieturos, ad pugnā inflāment, Salutis insigne, & candidā
innocentiae vestē deferunt, tanq; pacis amatores, & fratrū perni
cīe sitiūt, bellorūq; somitē, & totā causam præstant. Hī sunt, qui lo
quunt pacē cū proximo suo, mala autē in cordibus eoz. Sed res
uera deus lucis non illuditur. Breui nāq; eis secundū nequitia ad
inventionū ipsorū retribuet. Tuā vero sacratissimā integratīs
studīū, erga se, & statū suū pacandū, cognitū habet Rex noster
pro qua beniuolētia, te vt parentē alterū, obseruat, venerat, & co
lit, velleq; vicissim eius maiestatē omni opera & facultate enīt, vt
quacūq; occasione & modis, tuā celstitudini mutuo gratificari, &
æque fraternū officiū præstare possit. ¶ Et vt finē dicitis imponā,
his hostibus & quidē assiduis, Regnū nostrū a trecentis pene an
nis premis, verū suo ære tantū, suo milite, & maximis laboribus,
totāhanc belli molē sustinuit, nemine Christianoq; Principiū sus
fragante. Spe alebamur cōtinura, & nudis semp pollicitationibus
detinebamur, sumptibus & humeris nostris vicina hucusq; ocia
fouebamus, vt iā tanq; defessi & imbecilles, a maioribus impēsi
cōtinere nos possēmus, & deberemus merito. Nūctamen vt pris
uatos effectus publica vincat utilitas, expeditionē hanc genera
lem cōmēdat summopere, & approbat, serenissimus Rex noster
Laudat modū de colligēdo neruo bellico, & exercitu congregā
do, quē sanctissimus dñs noster, & tuā celstitudini spūidētia cōstī
tuīt. Alij q; Reges & Principes Christiani pponūt. Sed neq; de eo
pnūc maiestatē Regiā cū senatu & subditis suis, quicq; decernere

MAXIMILIANVM CAESAREM ORATIO.

potuisse inter domesticas difficultates, & bellicā occupationē, q̄ ea quā memini hostilitate, quibus aliqua ex parte vtcūq̄ cōpositis, & deliberatiōe hui⁹ dignissimi cōuentus, pcedēte, mox maies statē suā, & de colligēdo nūmo, & de scribēdo milite, in regno & dominijs suis, itidē constituere velle. Nec prætermissurā quicq̄, quae vires eius, ac Regni, & dominior̄ suorum ferre poterint. Et quae ad tā sanctū, diuq̄ defyderatū opus pertinebūt, dūmodo alī quādo cū effectu aliquo Christianā saluti consulaſ, p̄ qua (vt versis vtar regis) & thesauros oēs, & sanguinē ipsum cū vita, effundere parata est. ¶ Perge igit̄ quo coepisti, sacratissime Imgator, & tot ac tantis glorioſissimis triūphis tuis, vnicū hūc qui cunctos ali os sup̄abit, apponere cōtende, vt vtriusq̄ Imperij habenas, Chriſtiani omnes te moderantē aspiciāt & letenf. Vinces, pculdubio in ſigno crucis hostes teterrimos, pfligabis cum tanto apparatu & omnī potētia Turcas īm̄ios extermīnabis cū Leone sanctissimo, & tot Regib⁹ spurciſſimos infideles, & ad ultimos vſcq̄ fines terrae, tanq̄ Christo alienos, ppulsabis, vt qui te Augustū in Auſtusta tua, & mense hoc Augufti, auguste comperimus, post mul tas de infidelibus partas victorias, Machometiq̄ deleto nomine Augustissimū tandem videamus. Iter autē parabit & diriget domi nus, cuius res agitur, Carmine Prophetico attente, Reuela do mino viam tuā, & ſpera in eo, & ipſe faciet.

F I N I S.

IMPRESSVM BASILEAE APVD
Pamphilum Gengenbach.

¶ Aderant in hoc Conuentu tres reuerēdissimi domini Cardinales, Cafetanus, Gurcenſis, & Maguntinus, pluresq̄ Regum Oratores, & omnes fere Germaniæ Duces, cum magna parte Episcopor̄, & nobilitatis ſuę primarie, qualis in Imperio ſupra triginta annos viſus nō eſt.

